

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Capvt Primvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

LIBER SEXTVS.

CAPVT PRIMVM.

Cap. xv.
1. Regum
Et dixit Samuel ad Saül: Me misit Dominus ungere te in regem super populum ejus Israël. Nunc ergo audi vocem Domini. Hec dicit Dominus exercituum: Recensui quacumque fecit Amalech Israëli, quo modo restituit ei in via, cum ascendere de Aegypto. Nunc ergo vade, et percutere Amalech, et demolire universa ejus.

Superius Amalech luxuria vitium designare diximus, quæ velut lambit, dum voluptatem blandiendo suggerit. Profectus ergo conversationis ostenditur, eò quod superius à Saül percussus asseritur; & nunc non simpliciter jubetur percuti, sed omnia ejus demoliri. Primò quidem hunc doctorem percuti, quando per ejus verbū agitur, ut pudicitia in converfum cordibus & corporibus tenet. Quasi enim percussa est libido, quando caro armis pudicitiae qualitercumque subacta est, & perfectè subacta non est. Nam qui luxuria jam inquinamenta deferit, sed adhuc motus turpes ex se contra se insurgentes sentit, jam opus nefarium non exercet, sed tamen abigere hoc à cogitatione non potest. Sæpe invitūs, & incensus ad immundas cogitationes trahit: sed ea, quæ negligendo intus cogitat, carnem foris excitant, ut ad turpes motus voluptatis surgat. Quid ergo est, quod percussus Amalech, iterum percuti, & demoliri præcipitur: nisi quia prædictor eos, quos ad pudicam vitam erudit, promovere debet ad perfectionem virtutis? Iterum ergo jubetur Amalech percuti: quia adhuc non bene interfectus vivit. Iterum Amalech percutitur, cum verbis doctoris illi etiam motus, qui carnem pulsant, eliduntur: cum ob hoc coronari subditos doctorem docet, ut sic opus domini debeant, ut ad illecebratos motus nequaquam surgat. Sed quia numquam sic caro restringitur, si mens ad immunda cogitando labitur, post percussionem, Amalech demoliri præcipitur. Percutitur ergo in corpore, demolitur in corde, dum caro dignè per abstinentiam teritur, & mens à cunctis immundis cogitationibus refranatur. Quo in loco priora etiam consideranda sunt, quæ ex persona Domini Samuel loquitur, dicens: [Recensui quacumque fecit Amalech Israëli, quo modo restituit ei in via, cum ascendere de Aegypto.] Quid est, quod Amalechitarum opera recensentur, nisi quia luxuria inquinamenta Deo valde odibilia sunt? Unde beatus Paulus 1. Cor. 6. Apostolus dicit: Omne peccatum extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Item dicit: Fornicatores & adulteros judicabit Deus. a Hinc etiam acrius increpans, & a regno Dei eos segregans, ait: Neque immundi regnum Dei posse debunt. Cur luxuria recensetur, nisi quia iustitia Dei peccator projicitur, quando ad perpetraenda ejus inquinamenta curvatur? Qui ergo recensetur, ut cadat, aliquando recensetur, ut pereat: aliquando recensetur, ut surgat. Et quia post tanta temporum spatio recensita, Amalech facta memorantur, utcumque nobis insinuantur, quia tales aliquando post longa tempora resipiscant. Ipsa autem ejus opera exprimuntur, cum dicitur: [Quomodo restituit ei in via, cum ascendere de Aegypto.] Israël, videns Deum dicitur. Qui quia de

A Ægypto perhibetur ascendere, noviter converfos intinuat, qui peccatorum tenebras, & ima deferrunt, & ad lumen veritatis accedunt, & montem boni operis ascendunt. In via autem Amalech Israël restitit: quia libido ad perfectionis summam tendentibus arma voluptatis objicit, & corda quæ potest, gladio immundæ suggestionis ferit. Et quia valde fortis, & violenta est pugna fornicationis, non quomodolibet obviaisse Israëli, sed restititè perhibetur. Restitere quipem forti oppugnationi instare est. Hos nimis resistentes Amalechitas videbat Israëlite ille ascendens, cùm dicebat: *Video aliam legem in membris meis, repugnamen legi mentis meæ.* Unde & ad auxiliatorem respiciens, ait: *Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* gratia Domini nostri Iesu Christi. 2 Cor. 12. Restitere ergo Amalech dicitur: quia dum in carnescimus, libidinis fortia bella sustinemus. Sed quid de Ægypto ascendentibus resistere dicitur? Ecce qui ad tertij celi se secreta sustulerat, resistentes motus carnis habebat. Merito igitur non solum novitos, sed etiam magna virtute præditos, Israël de Ægypto ascendens insinuat. Ægypti quidem nomine hujus mundi tenebrae designantur. Israël autem de Ægypto ascendit: quia electi omnes dum sancte vivendo proficiunt, ad supernam patriam pertinere conantur. Et quia quædam in carne sunt, carnis legem legi mentis contraria habent, sibi utique per validos motus Amalech resistentem vident. Hujus namque violentia passionis ostenditur, cùm eadem, quæ recensentur, Amalech bella describuntur. Nam pugnante Israële, cùm elevabat manus Moyés, vinebat Amalech: & vinebat ille, cùm iste manus deponeret. Quid est autem, quod contra alios solis armis pugnabat Exod. 17. Moyés; contra Amalech verò non solis armis, sed etiam virtute orationis? Quia autem virtus & instantia supplicationis erat tunc necessaria, ubi si manus deponeret, Amalech vietoria honorem daret? Sed profectè magnum certamen fornicationis ostenditur, quod tanta virtute, tanta difficultate superatur. Arma igitur exercitus, oratio intentissima necessaria est. Arma quidè necessaria sunt: quia qui contra fornicationem pugnare volunt, vincere nequeunt, si non ceteris virtutibus muniantur. Exercitus, ut suprà ostendimus, exempla Patrum & scripturarum precepta sunt: quæ quidem quilibet etiam considerare debet, ac illis sic mentem occupare, ut lascivæ inquinamenta non spectet. Sed exemplis atque doctrinis instructus, de se confidere nequaquam potest. Levet ergo manus suas, levet mentem, ut opere bono & devotione resplendet, qui absindere perfete à se libidinis bellum tentat. Quid item est, quod depositis manibus vincitur, nisi quia si per audaciam pravi operis, ipsa etiam tollitur pulchritudo castitatis? Sæpe ex toro non tollitur, sed cum infinitibus operibus inficiatur. Inter opera quidem, & labores spirituales, contra stimulos carnis fortes sumus: sed si quasi fessi, à solitæ conversationis rigore torpescimus, vel mollescimus; dum paulatim negligimus, aculei carnis insurgunt, qui quasi depositis Moyisi manibus Israëlem vincunt. Ne ergo manus lasseant, Aaron & Hur lapidem supponant, & graves Moyisi manus deponi nequaquam finant. Aaron quidem, mons fortitudinis; Hur, ignis vocatur. Quando enim lasseamus, consideratis cælestibus roboramus. Mons ergo fortitudinis

E

quid est, nisi altitudo superne contemplationis? Quae profecto, quia in electo corde sine magna charitate non est, mons fortitudinis Moysi adstante recte perhibetur. Qui nimur lapidem supponunt, & manus sustinent: quia qui summa cælorum præmia ardenter apicit, fortitudinem magnam sumit, & bene operari, & conditorum exorare non definit. Quia ergo valida sunt, & omnino violenta bella carnis, ascendentis Israeli Amalech restitisse apte perhibetur. Regi igitur Prophetæ præcipit, dicens: [*Audi vocem Domini. Recensui quecumque fecit Amalech Israeli.*] Quid est, quod dicit: [*Audi vocem Domini.*] nisi quia castè vivere volentibus, contra fraudes fornicationis spiritus subtiliter vigilandum est? Quasi dicas: Considerare non desinas, quantis infidilibus subdere electos parat. Et idcirco non dixit: Recensui, quod restitit Israeli, sed: [*Audi vocem Domini. Recensui quomodo restitit Israeli.*] Quasi dicat: Si modum infidilarum cognoscis, hostem superare facilius valebis. Merito igitur subtilitatem, dicens: [*Nunc ergo vade, & percutie Amalech, & demolire universa ejus.*] Quasi dicat: Quia nosti quemadmodum ire debas: [*Vade, & demolire universa ejus.*] & sic cum deles, ut aliquid de eo ultrâ non vivat. Sed quis ita sibi subjicere carnem, quis umquam sibi restringere mentem potuit, quis sic manere in carne, ut de carne turpes motus nullos sustineret? Quis ita refrenare cogitationem potuit, ut ad eam immunditiarum obsecratus per cogitationem nulla perveniret? Sed si de carne non tollitur turpitudino motionis, tamen turpitudinis robur eneratur: cum motus quidem simplex in carne est, sed in motu pruritus libidinis nullus est. Hic quidem motus Amalechita non est, quia menti non lambit, quam oblectare non poterit. Non potest tolli menti, quod aliquo modo immunda non videat; sed in mirabilem usum puritatis deducitur, ut immunda videns, nulla delectationis labe maculeatur. Quisquis ergo sic præst carnem, quisquis sic mente regit, ideo præst, ideo regit: quia Amalech cunctæ demoliri fortis ponit. Sed iam que sunt ejus universa, subsequenter exponit, dicens:

Non parcas ei, & non concupisces ipsius aliquid, sed interfice à viro usque ad mulierem, & parvulum, & lactentem, & bovem, & asinum, et ovem, et camelum.

Quis est hic, qui parcit Amalech, nisi qui aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne lascivæ aliquid retinet? Nam plerique turpitudinis opera non exercent, sed linguam à turpi locutione non cohibent. Plerique per opus luxuriam vitant, per cogitationem non vitant. Quidam nihil turpe agunt, sed quod actu refugunt, corde concupiscunt. Parcit ergo Amalech, qui blandimenta lascivæ, aut in locutione, aut per intentionem, aut per cogitationem tenet. Dicit itaque: [*Non parcas ei,*] quia de tam nequissimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Dicas ergo: [*Non parcas ei,*] ut omnes libidinosi motus, omnes obsecrane locutiones prorsus perimantur in corpore. Dicit ergo: [*Non concupisces ipsius aliquid.*] Ut penitus eradicetur à cogitatione. Quid enim est libido, nisi ignis? Et quid de carne, & mente exortæ virtutes, nisi flores? Quid item turpes cogitationes, nisi paleæ? Quis etiam nesciat, quia si in paleis ignis negligenter extinguitur, ex parya scintilla, quæ remanet, omnes paleæ accenduntur? Qui ergo virtutum flores in mente non vult exurere, ita debet libidinis ignem extinguere, ut per tenuem scintillam numquam possit ardere. Carnalium etiam cogitationum stipulas auferat, ne dum is, qui extingui non potest, calor naturalis accendit, vires virtutum, qui per se accendi nequeunt, quasi per admixtas paleas exu-

B A rantur. Quid est ergo: [*Non parcas ei, & non concupisces ipsius aliquid,*] nisi quia luxuria omnis in carne perfecè domanda est, & à mente radicus extirpanda? Potest etiam intelligi: [*Non parcas ei, & non concupisces ex eo aliquid:*] quia & viri, & mulieres, parvuli, & lactentes interfici præcipiuntur. Nam mulieres concupisci poterant, parvuli & lactentes ad misericordiam provocare. Qui ergo sunt viri interficiendi, quæ mulieres, qui parvuli, qui boves, quæ oves, qui camelii, qui asini, subtiliter considerandum est. Qui enim sunt Amalechites viri, nisi suadentes motus turpitudinis? Viri etenim sunt: quia violenter suggestant, & corruptis mentibus semina pravitatis infundunt. Mulieres sunt mentis concupiscentia, quæ prædictis motibus ad fœtus impios subfertuntur. Sed & parvuli, & lactentes qui sunt, nisi qui de Amalechitarum virorum & mulierum commixtione generantur? Nam si motus mala suggestionis, quasi adulteri in mente recipiunt, concupiscentia quasi meretriz impregnatur. Ipsa ergo concupiscentia, si nefarium effundere partum finitur, libidinum motus jam non solum mente, sed etiam in carne generantur. Qui dum nascuntur, parvuli sunt: quia adhuc carni violentiam moventur non inferunt. Lactentes vero sunt, cum tenui & negligenti cogitatione nutriuntur. Qui enim jam libera cogitatione motus turpes in carne reficit, non jam lac parvulus, sed cibum adultis impedit. Lac ergo parvolorum Amalechitarum tenuis est cogitatio immunditia: quia si motus turpis per cogitationem non paucit, quasi negato sibi latere, parvui necantur. Quod profecto laet meretriz mater porrigit: quia dum ardor concupiscentia mentem prævenit, quasi ex pessima cordis libertate agitat, ut pejores motuum soboles in carne nutriantur. Quid vero in bove, nisi consilium fraudulentum accipitur, quod exemplo veterum carnis voluptatem suggestit, qui inter carnis opera omnipotenti Deo placuerat? Nam quasi discretionis vomere scindere terram cernit; sed si ex deliberatione suscipitur, jugo turpitudinis colla misera mentis illaqueat, quem per simulationem gestar. Ovis autem nomine innocentium vita signatur. Unde electi omnes Redemptoris nostri voce oves nominantur, cum dicit: *Oves meæ vocem meam audiunt. Quæ est ergo ovis Amalech, nisi simulatio innocentia?* Nam

D C quidam dum & ipsam formam humani corporis, & proprietates sexus utriusque, dum infanta libidinem membris considerant, quasi naturali bono se hoc posse uti licenter putant. Quasi ergo ovis Amalechita est, quando continentibus illud quasi bonum suggestitur, quod verè bonum non esse liquido comprobatur. Quid etiam in camelio signatur? Sed camelus ruminat, & ungula nequam nequaquam findit. Quid ergo in camelio signatur, nisi cogitatio quedam luxuriae, quæ quasi à ratione incipit, sed per discretionem non finitur? Nam dum cogitat, quasi intus camelus ruminat: sed dum quod cogitat, per veritatem non disponit, ejus ungula dividit non videtur. Nonnulli etenim continentiam proficiunt, dum à carnis concupiscentia superantur, in conjugali vita salvari posse confidunt. Quidam & dum Apostoli licentiam audiunt: *Vnusquisque suam uxorem habeat.* ^{1 Cor. 10} & unaqueque suum virum: fine discretione personarum omnes in hoc præceptu concludit, & sacrorum ordinum viros conjugali copula uti possunt. Hujusmodi enim sensus Amalechita camelus est: quia quasi ex ratione incipit, sed ad irrationabilem vitam trahit. Quid ergo asinus, nisi aperta nequitia fornicationis accipitur? Quosdam enim diabolus in apertum chaos fornicationis invicit, quibusdam per fraudes illudit. Asinus etiam aliena onera portare consuevit. Doctor vero gentium dum virum sui corporis potestatem non habere, sed mulierem docuit: item nec mulierem sui corporis ha-
bere

bere potestatem, sed virum: quid aliud, quam aliena onera eos portare jussit? Afini ergo nomine robur conjugalis copula designatur: quia electi conjuges invicem onera sua fortiter portant,* ne per carnis infirmitatem in fornicationis baratrū remissis corrūant. Afinis ergo interficiendus est, sed Amalechita: quia copula conjugalis in honestate thalami roboranda est, sed à turpitudine interficienda. Debent quidem conuges debitum sibi invicem reddere, sed turpiter convenire non debent. Afinis ergo Amalech interficitur, cùm in bonis conjugibus charitas tenetur honestæ copulae, sed omnis obscenitas vitatur in turpi conjunctione. Omnia igitu^s Amalech demoliri jubent: quia qui castè propnunt vivere, de blandimento carnis in se aliquid retinere non debent. In carne quidem esse debent, ut bona per carnem agant: sed sic debent à carnis voluptate per mentis sublimitatem discedere, ut contumelias dē carne non tolerant. Tales quidem eos esse volebat, quibus Apostolus loquebatur, dicens: *Vos autem in carne non esitis, sed in spiritu. Sed qui Amalech delere præcipitur, quibus adjutoribus ad hanc sufficiat attendamus. Nam sequitur:*

Præcepit Saül populo, & recensuit eos quasi agnos.

Agnorum nomine solent viri magna prudentia designari. Unde per Joannem dicitur: *Vidi supra montem Sion agnum flanum, & cum eo centum quadraginta quatuor milia habentia nomen ejus, & nomen Parris ejus scriptum in frontibus suis.* Qui enim nomen agni assumperant, agni dicebantur. Ipsos etiam expones, ait: *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquonati, virgines enim sunt.* Quid est ergo, quid cùm Amalech deleri præcipitur, quasi agni regis milites recensentur: nisi quia cùm fornicationis spiritum delere prædicando volumus, perfectorum exempla producere debemus? Quotquot enim pudicitiae gloriæ insignes secularibus convertendis ostendimus, velut tot milites quasi agnos recensitos ad Amalech bella portamus. Possumus autem horum recensorum nomine ipsi ministri divinæ prædicationis intelligi. Quasi agni ergo sunt: quia per gloriam perfectæ pudicitiae jam illis virginibus cum Christo in regno gaudientibus, similantur. Quibus profectò verbis ostenditur, quia qui prædicationis ministerium sumunt, præcipuo castitatis fulgore ante decorandi sunt: quia si per incontinentiam deflunt, continentes alios facere nequaquam possunt; & ad tanta lucis bonum provocare non prævalent, qui ejus radios in propriis conversationis fulgore non habent. Bene ergo dicitur: [*Recensuit eos quasi agnos:*] quia pudicos valde esse eos oportet, qui fornicationis effugare spiritum per accepti ordinis potestatem debent. Unde in Evangelio eis Dominus dicit: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardent in manibus vestris:* ut verbum prædicationis subdit adiungat, sed eos ad bonum castitatis, quod audiunt, exempla lucidissimæ conversationis trahant. Unde bene perfecto numero designantur, cùm subditur:

Ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda.

Peditum nomine electi figurantur, non cùm alta prædicant, sed cùm per bona exempla caelestis itineris reæitudinem aliis demonstrant. Pedites quidem gressibus currunt, quo producere arma volunt. Quid verò sunt exempla castitatis; nisi caelestium militum terris impressa vestigia? Nam ut virtus libidinis in lubricis feriant, ad cordium corrum tenebras, cum honorum exemplorum luce fe-

S. Greg. Tom. III.

A stant, & quasi gressu pervenientes, hostes perimunt: qui postquam per opera cognoscuntur, corda peccatorum ad pudicitiae bonum trahunt. Cùm ergo per exempla castitatis in peccatorum cordibus tenebras immundiciarum defluunt, pedes rectè nominantur. Et quia non solum prætextu corporalis munditia splendidi sunt, sed etiam luce cordis, ducenta millia esse perhibentur. In centenario quippe, & millennario numero, omnis decalogi summa concluditur. Perfecti ergo viri in ducentis millibus continentur: quia per divinam gratiam tam corporis continent, quam integritate mentis ad summam pudicitiae arcem pervenire. Tam enim in corpore, quam in mente habent perfectionem intentionis. Vel quia non remisè, aut negligenter Deo per pudicitiam serviunt, centenarium habent operis: & quia ei servire non desinunt, habent millennium multiplicationis. Sed fortes & assidui sunt ad continentiam corporis, perfecti & instantes ad circumspectionem cordis perfectione virtutis. Talem quidem etiam viduum Apostolus esse præcipiens, ait: *Ut sit sancta carne 1. Cir. 7. & spiritu. Sancta quippe carne & spiritu est, si perfectione castitatis, qua fulget in corpore, fulget etiam in mente.* Quod si viduae tales sunt, quales esse jussæ sunt virgines? De illis namque pluribus, sub unius descriptione dictum est: *Afiliis regina a psal. 44. dextris suis in vestitu deaurato.* In codem quoque a Psalmo laudatur eadem regina, cùm dicitur: *Omnis gloria ejus filie regis ab intus, in finbris aureis circumambulat varietatibus.* Quid est enim vestitus aureus, nisi decor, & honor corporis virginalis? Vestitus quidem dicitur; quia foris fulget in corpore: aureus autem, quia præcellit dignitate. Omnis autem metalli species auro inferior est. Sic nimurum omnis pudicitia alia, decori virginis comparari non potest. Quid est ergo quod dicitur: *Omnis gloria filia regum ab intus:* si foris esse gloria vestitus aurei prædicatur? Si enim foris est aliqua magna aurei vestitus gloria, intus omnis gloria videri non potest. Quid est ergo, quid omnis gloria intus esse prohibetur, nisi quia & illa, que foris est, gloria, cum aliis innumeris intus esse cognoscitur? Auræ enim virginitas non est, si foris est, & intus non est. Quia ergo intus, & foris est, quia eadem splendor in corpore, eadem fulget in mente: omnis gloria filia regum intus esse sentiri convenienter potest. Omnis gloria intus est: quia foris sola, intus sola non est. Quia enim multæ sunt virtutum claritates in mente virginis, sic virginis splendor asseritur, ut intus omnis gloria prædicetur. Hoc nimurum est, quod subsequitur: [*In simbris aureis circumambulat varietatibus.*] Fimbriae enim aureæ sunt claritates à mente numquam deficientes, fimbriae quidem finales vestimenti partes sunt. Quæ idcirco in sponsa Christi decore laudantur: quia nulla est virtutum gloria, si lucere ante vitæ consummationem desistat. Regina ergo amor dicitur, in vestitu aureo virginitas prædicatur. Sed omnis gloria intus, & in fimbriis aureis, & varietate circumambulat asseritur: ut innumeris virtutibus adiuncta integritas, usque in finem deduci sentiatur. Bene itaque, contra Amalech ducenta peditum millia recensentur: quia illi ad debellandos immundos spiritus idonei sunt per exempla castitatis, qui eam tenere didicerunt & in luce operis, & in splendore circumspectionis. Quia item cruditi, ac perfecti sunt verbo Dei, decem millium virorum Iuda numero demonstratur. Viri etenim sunt fortitudine, Iuda autem prædicatione. Iuda etenim, confitens interpretatur. Sed denario numero designatur: quia perfectionem doctrinæ per gratiam Spiritus sancti consecuti sunt. Unde & Moysi decem legis præcepta tribuuntur, quæ Dei dixito scripta sunt. *Exod. 31* Quid est enim digitus Dei, nisi Spiritus sanctus? Qui cùm legem scripit, hanc utique in decem præceptis edidit: quia est in ea carnale aliquid foris protulit,

X

* alias
lenia.

intus hanc spiritualis intelligentiae perfectionem si-
gnavit. Decem milia igitur virorum Juda contra
Amalech producenda sunt, ut fornicationis spiritus
apti viribus supereretur. Lambit quippe suggestione:
quia* levia, & blanda consulit; sed res, quas lamben-
do consulit, per cogitationem phantasias ostendit.
Ergo ut mens obsecra sibi à dæmonibus ostensa,
non videat: electorum exempla revelanda sunt. Et
ut eam suggestionibus turpibus immundus spiritus
delinire non possit, lingua predicatorum debet per
pudicitia laudem tangi. Lingat hanc predicator, ut
malignus spiritus lingere nequaquam possit. Et hanc
verbis oblectet; ne cui celestia desunt, hanc diabolus
per suggestionum oblectamenta dilaniat. Contra
duplex ergo bellum cordis, quia duplex est ne-
cessarium bonum auxilium, bene contra Amalech &
pedites, & vii Juda parari perhibentur. Si quis au-
tem alios per pedites, alios per viros Juda vult in-
telligi, sensus aperiè veritatis patet: quia summi
doctores habent, qui docere nesciunt predicatione,
prodest autem valeant opere. Sed iam recensiti ad
tanta prælia audiamus, qua arte subsequenter di-
miserunt. Sequitur.

*Cumque venisset Saül usque ad civitatem
Amalech, tetendit insidias ad torrentem.*

Quis hic torrens est, nisi ille, de quo per Psalmi-
Pj. 109. etiam dicitur: *De torrente in via bibit: Torrens quip-
pe decursum nostræ mortalitatis designat.* Saül ergo C
in torrente insidias tendit, quando predicator Ecclesie
æternis præmiis considerationem nostræ mortali-
tatis inferit. Usq; enim lubricas animas quasi per
fraudem capiat, modò cælestia loqui inchoat, sed
repente ad exponendam æternarum pœnarum acer-
bitatem convertitur, ut securæ in carnis delectatione
mentes terreatur. Quasi enim per fraudem educit,
per insidias percudit, dum leta loquens, ad audiendum
provocat, & mortis tristia inserit, ut audiant
lubrici quod expavescant. Saül ergo ad Amalech ci-
vitatem venit, cum doctor munita per illicitem a-
morem corda peccatorum dulcedine æterna jucun-
ditatis attrahit. Sed insidias ei in torrente abscondit:
quia mortis considerationem inducit; ut quasi ex in-
sidia erumpentes contra se militem peccator vi-
deat; & dum se velociter moriturum considerat, mo-
ram peccati tendere ultra pertimescat. Sequitur:

*Dixit Saül Cyneus: Discede ab Amalech, ne
forte involvam te cum eo. Tu enim fecisti
misericordiam cum omnibus filiis Israël,
cum ascenderent de Aegypto.*

Quis est Cyneus, qui cum Amalech habitare co-
gnoscitur, qui & discedere cogitur, ne cum eo parti-
ter involvatur? Sed fortasse hic ille est, de quo dicit
1. Cor. 7. Apostolus: *Vxori vir debitum reddat, similiter &
uxori viro.* Cui etiam nomen convenit: quia Cyneus,
possidens dicitur. Qui profecto conjugio, quia con-
jugio obligati sunt, relinquere omnia non cogun-
tur. Quid est ergo, quod Cyneus dicitur: [*Discede ab
Amalech;*] nisi quia his verbis in conjugibus omnis
obscenitatis turpitudine damnatur? Cum Amalech
quidem conjuncti sunt, qui meretricio more jungun-
tur. Quos discedere ab Amalech doctor præcipit,
cum ad honestatem conjugalem eos revocare con-
tendit. Quasi dicat: Si continere ab invicem non
potestis, honorabile connubium vobis sit, & thorus
immaculatus. Ab Amalech itaque discedere, est con-
juges scipis uti, non ad turpitudinem meretricie ob-
scenitatis, sed ad temperantiam honestatis, & ad
fructum propaginis. Unde & idem Doctor egregius
de vidua, quæ juxta ejus consilium sic permanere non
potest, dicit: *Quod si se non continet, nubat tantum
in Domino.* Non in Amalech, sed in Domino; ut quæ

ibid.

A nuptiis abstiner non prævalet, obsecnos gestus in
fædere nuptiarum vitet. Cui etiam comminatur, di-
cens: [*N'e involvam te cum eo.*] Involvi peccatori-
bus, est æternâ pœnâ damnari. Unde & de nequam
servo in Evangelio Dominus dicit: *Ligatis pedibus
& manibus, projicite in tenebras exteriores.* Modo b
ergo predicatori auditores reprobos non invol-
vunt: quia eti verbum contemnunt, redire tamen ad
pœnitentiam donec vivunt, cum volunt, possunt. In-
stanter ergo conjugibus conjugalis honestas impe-
randa est: quia valida multatione dicitur: [*Abite,
recedite ab illo lestone. Discede ab Amalech, ne invol-
vam te cum eo.*] Absque lestone quidem nunc, non
tunc reditur: quia qui per omnia turpibus simulans-
tur, eorum lesonis expertes non erunt. Qui etiam
fecisse cum filiis Israël de Aegypto ascenditibus mi-
sericordiam dicitur: quia infirmi sanctæ Ecclesiæ filii,
dum perpetuæ continentia bonum servare nequeunt,
conjugij miseratione suscipiuntur. Ab Aegypto qui-
dem ascendunt: quia luxuria & fornicationis tene-
bras deserunt. Et misericordiam à Cyneco suscipiunt,
quia conjugij indulgentiam promerentur. Unde &
doctor gentium dicit: *Hoc dico secundum indulgen-
tiam, non secundum imperium.* Et quia sancta Eccle-
sia electis subditis bona, quæ loquendo exhibet, per-
suader, sequitur:

Et recepit Cyneus de medio Amalech.

De medio quidem Amalech discedit conjunctus, de
parte non potest: quia eti gestus vitat turpitudinis,
vitare non potest affectum voluptatis. Ignem quip-
pe temperare per honestatem conjuges possunt. De
medio igitur Amalech exēunt: quia eti carnibus
desideris omnino carere nequeunt, ipsum tamē
carnis impetus, sub præcepto honestatis vinculo
moderantur. Sequitur:

*Percusitque Saül Amalech ab Evilat, donec
veniret Sur, que est è regione Aegypti.*

Evilat, parturiens, interpretatur, Sur, angustia,
Aegyptus, tenebrae. Concupiscentia autem peccatum
parit. Meritum igitur parturiens nomine concupis-
centia designatur. Propheta etiam impenitentis cor-
dis angustias incurrire metuens, obsecrat, dicens:
[*Ne aborbeat me profundum, neque urgeat super me psal. 63.*]
putens os suum. Doctor ergo ab Evilat usque Sur
Amalech percudit, cum in auditorum suorum cor-
dibus virtus concepta delectationis comprimit, & fi-
nem deliberationis Sur etiam percudit, cum eas men-
tes videtur ad pudicitia amorem trahere, quæ in lu-
xuria factere proposuerant vitam finire. In angustia
enim sunt, qui capti jam male confunduntur laqueo
constringuntur. Et nonandum, quia Sur è regione
Aegypti esse ostenditur: quia qui in luxuria vitam fi-
nire liberat, modò in interioribus tenebris clau-
ditur, à quibus ad exteriores perducatur. Sed etiam
liber iste claudatur, ut ad consequentis considera-
tionem per silentium veniamus.

C A P U T I I .

R ex Saül, qui principia bona habuit, sed in bo-
nis, quæ cœperat, nequaquam perseveravit, per
sacræ historiæ textum ostenditur, ut in eo imitanda,
& cavenda videamus. Sic nimurum & malè cultas
segetes carpimus, quæ ad messem spinis admixtae
confurgunt. Bene quidem eas legerem novit, qui sic
curat spicas carpere, ut spinas studeat evitare. Sic
dū hori cura negligitur, cum olere, quod reficit, na-
scitur vicia quæ pungit. Quasi enim malè cultos agros
ingredi caute discipulus præcipiebat Dominus, cum
dicebat: *Super cathedram Moysi sedebunt principes.* O Mat. 23.
Pharisei. Quacumque dixerim vobis, facite; quæ au-
tem faciunt, facere nolite. Quasi dicat: *Quia mixta*